

## Band VIII., Nr. 2937, Seite 205-206

*Propst Marquard von Boll beurkundet die Einsetzung eines Schiedsgerichts in dem Streit zwischen den Plebanen Heinrich von Münster und Berthold von Altenburg wegen eines Weinzehnten.*

Ohne Ortsangabe, 1280. Januar 16.

Marquardus ordinatione divina prepositus ecclesie in Bolle universis presentes litteras inspecturis notitiam subscriptorum. Noverint universi, quos nosse fuerit opportunum, quod super causa, que vertebatur iam dudum inter Henricum plebanum de Munster ex parte una et Bertholdum plebanum de Altenburg ex altera super decima vinearum sitarum apud Dunzehoven in monte, qui vulgariter dicitur Munchberg, dicte partes compromiserunt in discretos viros Fr[idericum] decanum de Lorch, Gernodum canonicum in Biutelsbach et magistrum Henricum rectorem scholarum in Ezzelingen tamquam in arbitratore sub hac forma, scilicet quod predicti arbitratore inspicient acta habita in predicta causa coram iudicibus quibuscumque et instrumenta, que partes exhibere voluerint coram eis, ac si necesse fuerit investigent et inquirent ipsius negotii veritatem a personis, ubi viderint inquirendum, sive principales extiterint sive alie qualescumque, dummodo reputentur honeste. Et ordinationem seu compositionem, quam arbitratore suprascripti deum habentes pre oculis et iustitiam ordinaverint in eadem causa, partes prefate inviolabilem observabunt et ea, que ipsi arbitratore decreverint, exequentur, ita tamen quod, si omnes tres arbitratore prefati nequiverint concordare, ordinatio seu compositio, in quam duo eorum concordaverint, ab ipsis partibus observetur. Si vero quisquam arbitratore supradictorum decesserit vel eius copia ex causa legitima haberi non potuerit, duo superstites sine dolo et fraude eligent tertium, quem eque ydoneum putaverint, et communem loco illius, cuius copia haberi non potuerit, ut predictum est. Promiserunt insuper prenotate partes prestito corporali iuramento et sub cause periculo, quod ordinationem seu compositionem, quam iidem arbitratore duxerint ordinandam, inviolabiliter perpetuo observabunt et, prout arbitratore prefati vel eorum duo mandaverint, fideliter exequentur. Preterea suprascripti arbitratore fide data se ad hoc astrinxerunt, quod usque ad octavam pasche proximam ipsum negotium terminabunt et pronuntiabunt ordinationem sive compositionem ab eis decretam secundum modum predictum. In cuius rei testimonium nostrum et honorandi domini . . abbatis monasterii in Lorch, Rüggeri de Bernhusen canonici sancti Thome Argentinensis et ipsorum in Munster et in Altenburg plebanorum sigilla presentibus sunt appensa.<br>

## II

<br> Actum et datum anno domini MCCLXXX., feria tertia proxima post Hylarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Siegel 1) s. WUB, Bd. VII, S. 318. 2)–4) abgegangen. 5) rund, c. 33 mm., eine sitzende Person mit Bischofsmütze, die Rechte segnend erhoben, die Linke vor die Brust haltend, links ein sechsstrahliger Stern; Umschrift: . . S . B . PL . . NI . IN . ALTENB . .

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 525 U 175

**Überlieferung und Textkritik:**

Vgl. WUB-Nr. 2962 (HStA Stuttgart A 499 U 668).

**Regesten:**

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 12, S. 7, Nr. 14 und Bd. 13, S. 3, Nr. 11.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Alte Burg Wüstung (21490) <br> Altenburg, Stuttgart, S, A <br> Bernhausen Wohnplatz (481) <br> Bernhausen, Filderstadt, ES <br> Beutelsbach Wohnplatz (1751) <br> Beutelsbach, Weinstadt, WN <br> Boll : Bad Boll GP <br> Esslingen am Neckar Wohnplatz (331) <br> Esslingen am Neckar, ES <br> Kloster Lorch Wohnplatz (4658) <br> Kloster Lorch, Lorch, AA <br> Münster Wohnplatz (37) <br> Münster, Stuttgart, S <br> Straßburg, Dep. Bas-Rhin, Frankreich <br> Tunzhofen Wüstung (21514) <br> Tunzhofen, Stuttgart, S, W